

in cap. Per tuas de Donat. & ibi ad hoc notat Abb. 2. column. n. 3. & communiter DD. Sed pro concordia potest dici sic, quod si muri sunt depositi & destructi ex aliqua causa vel delicto per principem; tunc non possunt refici per Civitatem, vel per judicem, vel per quemlibet alium sine ejus licentia & autoritate: & ita intelligitur text. in dict. leg. Sacra loca. §. Muros de Re, div. si verò minantur ruinam, vel sunt destructi aliqua tempestate, lapsu temporis, vel casu; tunc possunt, imò debent refici per ipsam Civitatem vel judicem: & ita intelligatur text. in dict. leg. Intra urbem, Cod. de Oper. publ. cum simil. & istam concordiam & declarationem ad ista jura ponit expressè Salyc. in leg. Per Provincias, Cod. de Edific. priv. & ista concordia & distinctio est de mente Bald. in leg. Si ut proponis, la 2. Cod. de Nuptiis, sed ante eos illam concordiam & distinctionem ponit Bartol. in leg. Si quis adulterium, §. 1. ff. de Adulter. & ibi Alber. & Ang. post Antiquos: ponit etiam Cin. Bart. Alb. Bald. & Salyc. in leg. Servus, C. de Pœnis, Rom. in leg. 1. §. Hoc autem, 2. column. in fin. ff. de Novi. oper. nunc. notat Alexand. in ista eadem leg. 1. §. Si quis adificium eod. titul. Ita ergo dicamus in ista lege Taur. quod si ex aliquo delicto vel causa esset castrum vel fortalitium per principem destructum; tunc per dominum ejus non possit refici: si verò lapsu temporis, tempestate, vel casu minatur ruinam; benè posset refici sine aliqua licentia, (y) sed ista concordia & declaratio non videtur vera: quia indistinctè ista lex dicit, quod sicut fieri non potest sine Principis licentia, ita nec reparari; & certè ista lex non patitur talem distinctionem. Vel aliter & secundò dicamus, quod ista lex Taur. intelligatur quando fortalitium est factum post istam legem prohibitivam; quia tunc, sicut non potest de novo fieri & adificari, ita etiam non potest factum refici vel reparari: Sed certè iste intellectus nullam dubitationem continet; quia si ipsa res & fortalitium omninò & totaliter non potest fieri, à fortiori nec reparari. (z)

(y) Ut etiam tenet Petr. Nuñ. de Avend. de Exequen. mandatis, 2. part. cap. 3. num. 6. vers. Si tamen dirimi. Afflictus in Constitutione Regni Sicilia, lib. 3. rubr. 29. in princ. num. 6.

(z) Alius duos casus etiam in quibus castrum reparari non potest, tradit Matienz. in leg. 6. titul. 7. lib. 5. gloss. 5. & à num. 18. usque ad 22. & de hac quæstione vide eundem Matienz. in dict. leg. 6. à num. 10. usque ad 17. & Aviles in cap. 21. prator. glos. 1.

(A) & idem resolvit Aviles in cap. Pratorum, cap. 22. gloss. 1. Boërius in decisione 320. n. 16. ad fin. & latius in decisione 44. num. 5. Matienz. in leg. 6. titul. 7. lib. 5. gloss. 5. n. 17. Avend. de Exequen. mandatis, 2. part. cap. 2. num. 32. & Afflictus decis. 791. & videas omnino prædictum Matienz. qui à num. 1. usque ad finem dict. glos. 5. hanc quæstionem disputat.

(b) Et ita etiam Neapoli est constitutum, ut ex constitutionibus Neapolitanis constat, const. 32. & 33. & ibi Glos. Aviles in cap. Prator. cap. 22. gloss. 1. num. 30. Boërius decis. 320. num. 16. ad fin. & latius decis. 44. num. 5. tradit Matienz. in leg. 6. titul. 7. lib. 5. gloss. 5. num. 16.

Unde aliter & tertio & notabiliter potest dici, 16 quod si quis habet castrum vel fortalitium antiquum justè & legitime factum ante legem Tauri, benè potest refici & reparari, per suprà dicta; quia non est adificium novum, nec res distincta, sed eadem, & potest cadere & subverti: (A) si verò tale castrum vel fortalitium antiquum penitus usque ad aream est destructum, non possit; quia illud jam videtur esse adificium novum: argumento text. in leg. Inter stipulantem. §. Sacram in fin. versic. Sed si usque ad aream. ff. de Verbor. obligat. cujus verba sunt, sed si usque ad aream deposita sint, licet eadem materia restituatur, alia erit, argumento etiam text. in leg. 1. in fin. Cod. de Jure emphyteutico: text. in leg. Si ita legatum, §. final. de Legatis 1. ubi, si testator rem legavit, quæ postea ponitur destructa est, etiam si de novo reficiatur, non debetur legatum: text. in leg. Quid tamen. ff. Quibus mod. ususfructus amitt. ubi habetur, quod ususfructus extinguitur si res destruitur usque ad aream. Pro ista sententia & conclusione facit text. notabilis, qui ponit singula exempla, in leg. Proponebatur. ff. de Judic. (b) & confirmatur, quia tali casu ista refectio rei destructæ usque ad ream, benè dicitur refectio seu reparatio: text. est notabilis in leg. 1. §. Deinde. ff. de Rivis. cujus verba sunt: Reficere est quod corruptum est in pristinum statum restaurare: si verò quis velit reficere castrum vel fortalitium, quod penitus non est destructum, sed vetustate vel aliquo alio casu minatur ruinam, tunc possit, & isto modo concordentur superiora jura; & isto modo intelligatur ista nostra lex Taur. & istam doctrinam & distinctionem ponit Alb. Bartol. Angel. & communiter DD. & in leg. 1. §. Si quis adificium, infra isto titul. 1. de Oper. novi. nunc. & ita intelligo istam nostram legem Taur. quæ certè in hoc dubia erat. Pro qua declaratione mea considero vivam rationem: quia si castrum vel fortalitium privatæ personæ non posset refici vel reparari in casu necessitatis, sequeretur quod pos-

posset pro parte vel in totum dirui vel decidi, & maximum damnum inferre vel in personis, vel rebus; quod nullo modo permittendum est: & ista est evidens ratio, quæ apertè concludit; & ita video quod pro tali refectioe numquam aliqua licentia à Principe impetratur. Pro qua declaratione mea & ratione facit: quia si domus vel adificium privatæ personæ minatur ruinam, licet non sit per dictum remedium cautionis damni infecti pro damno quod timetur in personis, sed tantum in rebus, ut in leg. 1. & per totum. ff. de Damn. infect. tamen quilibet de populo judicis officio petere, vel judex ipse sine alicujus petitione compellere potest, ut illud reficiat; & si non sit sufficiens suo sumptu reficere, debet ex pecunia publica refici; & si intra congruum tempus à judice assignatum dominus rei non solvet, ad instantiam reipublicæ vel procuratoris ejus vendetur pro solutione pretii: text. est notabilis in leg. Ad curatoris. ff. de Damno infect. & ibi notat Angel. & communis opinio DD. facit text. in leg. Præses Provincia, la 5. ff. de Offic. prat. text. & ibi DD. in leg. Singularem, Cod. de Edific. princ. tenet notabiliter Specul. in tit. de Satisfactionibus. §. Est quoque, versic. Circa, latè Cæpol. in tract. de Servit. urb. præ. in cap. de Refectioe, & probat apertè lex penult. titul. fin. part. 3. (c) Si verò sunt adificia publica quæ minantur ruinam, & egeant refectioe, & Civitas, Communitas, vel Respublica non habeat unde possit solvere; ipsi vicini de populo possunt compelli ad collationem, quia utilitatem communem sentiunt: ita text. notabilis in leg. 2. §. Viam publicam, versic. Refectio. ff. Ne quid in loco publ. & ibi notat Angel. de Perus. text. in leg. Adiles. ff. de Via publica: text. in leg. Ad portum, Cod. de Oper. pub. pro quibus est lex notabilis part. leg. 20. titul. fin. part. 3.

18 Unum tamen nota & tene menti, quod si officialis, qui certo pretio vel salario fecit adificium publicum vel privatum, & sit vitiosum culpa sua, tenetur ex proprio contractu ad totale interesse: text. est in leg. fin. ff. Locati, & hoc, nedum quando totius operis consummatio spectabat ad officialem uno pretio, verum etiam si singulis diebus pro toto adificio certa pecunia vel pretium præstaretur: secus tamen est, si consummatio totius operis ad officialem non spectet, sed tantum singulis diebus pro opere vel adificio & labore suo certam pecuniam vel salariam recipiebat; quia de vitio operis non tenetur, cum ipse dominus quotidie poterat expellere: text. est valde singularis in jure in leg.

Ea lege. §. Locati. ff. Locat. quem ibi dicit singularem Bart. Salyc. Paul. & communiter DD. Bald. & Salyc. in leg. 2. Cod. eodem titul. & ita intellige leg. 16. titul. 8. part. 5. Item adde, quod hoc est verum quando constat de vitio operis, & hoc potest probari: Sed est notabile dubium, quid in casu dubio, quando non potest constare, an adificium vel opus dirutum sit vitio operis, vel casu, quid præsumatur? in quo dico, quod si ruat infra 15. annos à tempore operis perfecti & consummati, præsumitur corruisse culpa & vitio officialis: text. est singularis & unicus in jure in leg. Omnes, la 1. Cod. de Oper. pub. unde, alio non probato, tenetur ad damnum & interesse: & ad hoc illum textum dicit ibi singularem Alber. qui dicit quod sibi contigit de facto: & ad hoc etiam notat & commendat Bald. Salyc. & communiter DD. & idem expressè disponit leg. 21. titul. fin. part. 3. & licet illa lex loquatur in opere publico; tamen crederem quod etiam procederet in opere vel adificio privato, cum sit eadem ratio.

19 Quartò, non potest quis adificare, etiam in suo proprio solo, quando ex adificio aliquid est immissum vel protectum in re, fundo, vel domo alterius: Pro cujus intelligentia dico, quod immissum est illud quod in re alterius imponitur & requiescit, & sic ejus rem tangit: Protectum verò est quod suprà ipsam rem alterius est, eam non tangendo: text. est qui expressè istam differentiam ponit in leg. Malum, versicul. 1. & 2. ff. de Verbor. significat. quo casu dominus & possessor rei, in qua immissum est, potest illud propria autoritate tollere, vel per remedia juris sibi provideri; putà, interdicto uti possidetis, vel negatoria, vel alio competenti remedio: si verò protectum est, non potest illud propria autoritate tollere, sed tantum juris remedio contra eum agere ut tollat: text. est expressus & notabilis, qui istam distinctionem facit, in leg. Quemadmodum. §. Si protectura. ff. ad leg. Aquil. per quem ita tenet ibi Odofred. Bartol. Alber. Bald. & Flor. & dicit ibi Bald. quod istud est maximum commodum possessionis, quia possessor habet jus resistendi propria autoritate: & reputat esse mirabile Flor. ad idem est text. in leg. fin. §. Si januam. ff. Quod vi aut clam. & ibi tenet Bart. & Alb. & ante eos Oldrad. quem refert Alb. probat etiam text. in leg. 1. Cod. Ut nemini liceat sine judicis autoritate signa imprimere, qui magis probat, ut procedat etiam si tantum rem detineat: & illum textum ad hoc dicit singularem Roman. in leg. 1. §. Nuntiat. fin.

(c) De quo vide Matienz. in dict. leg. 6. titul. 7. lib. 5. glos. 5. num. 26.

fin. col. ff. de Novi oper. nuntiat. text. in leg. 2. §. Cum quidam. ff. Ne quid in loco publico, & ibi notant DD. text. in leg. Si servus, Cod. Quod cum eo per quem tenet Bartol. & communiter DD. in dict. leg. 1. §. Nuntiatio, tenet etiam Gloss. ordinaria in dict. leg. Malum, versicul. 1. in glos. 1. de Verbor. significat. & ibi DD. tenet etiam Bartol. in leg. Si duo. §. Item videamus. ff. Uti possidetis, & ibi Angel. & communiter DD. tenet etiam notabiles Paul. de Castr. in leg. fin. ff. de Servit. in princ. idem Paul. in leg. Fluminum, §. fin. column. 1. n. 3. ff. de Dam. infect. tenet etiam Innocent. Abb. & communiter DD. in cap. 1. de Immun. Eccles. tenet etiam latè & notabiliter Cœpol. in tractat. de Servit. urban. prad. cap. 30. Quod extende ut procedat & habeat locum, etiam si quis non possideat rem in solidum, sed tantum pro parte; quia etiam potest opus ibi factum propria autoritate tollere & destruire, modò fiat ab alio tertio, modò ab ipso consocio qui habet partem in re: argumento prædictorum jurium cum ratione; & tenet Gloss. ordinaria Bartol. Paul. Flor. & communiter DD. in leg. Si inter te, & me. ff. de Servit. urb. prad. & DD. ubi supra, licet Bart. teneat contrarium in d. §. Nuntiatio: Quod tamen intellige, quando esset immisum opere artificiali: secus si opere naturæ, ut si arbor tua immisit radices in re, vel fundo, vel solo meo; quia non possunt tolli nec avelli propria autoritate, sed juris remedio, & sic utili interdico de arboribus cadendis: quo casu, si talis arbor tua est juxta domum vel ædificium meum, radicibus cogitur tollere, ne umbra arboris aut radices mihi noceant: text. est in leg. 1. Cod. de Interdictis, text. in leg. 1. ff. de Arbor. caden. Si verò arbor noceret fundo rustico, non debet in totum tolli, sed tantum rami coerceri per 15. pedes: text. est in leg. 1. ff. de Arbor. caden. & ibi tenet Bart. Alber. & communiter DD. text. in leg. 1. C. de Interdict. post princ. Bart. Bald. Ang. in fine, & notat Salyc. ibi, pen. col. ponit etiam Bartol. in leg. 1. C. Unde vi, 2. col. Bald. ibi, 8. col. n. 42. Salyc. ibi, 2. col. versic. Revertor ad glos. istam etiam doctrinam & resolutionem ponit valde notab. Flor. in l. Quemadmodum. §. Si protectum. ff. ad leg. Aquil.

Quintò, non potest quis ædificare in alieno solo vel fundo: imò, si ædificavit & cum mala fide, ædificium cedit solo, & licet dominus soli illud sibi retinebit; si verò cum bona fide, cogitur dominus æstimationem materię solve: text. est in leg. Aded. §. Ex diverso, ff. de Acquir. re. dom. text. in §. Ex diverso, Inst. de Rerum divis. text. in leg. 2. Cod. de Rei vendic. text. in leg. 44. titul. 28. part. 3. vel à fortiori, si velit, potest illud propria autoritate tollere, argumento su-

prà dictorum. Sextò, non potest quis ædificare quando debet alteri in illo fundo vel re servitutem alius non tollendi: text. est in leg. 1. ff. de Servit. urb. prad. text. in leg. Qui luminibus, eodem titul. text. in leg. Inter servitutem, eodem titul. text. in leg. Alius. ff. Si servitut. vendic. text. in leg. Si in adib. Cod. de Servit. & aqua: text. in §. Æque si agat. Instit. de Actio. pro quibus est lex 2. titul. 3. 1. part. 3.

Quibus præsuppositis & deductis, pro perfecta declaratione materię quæro, an & quando habeat locum nuntiatio novi operis, pro ædificio de novo facto? Pro cujus perfecta intelligentia & declaratione dico, quod sunt videndi sex articuli principales. Primus, quo casu & quando habeat locum nuntiatio novi operis? Secundus, quæ personæ possint nuntiare? Tertius, quibus personis debet fieri nuntiatio? Quartus, quo loco debeat fieri nuntiatio? Quintus, quis sit modus & forma nuntiationis? Sextus, quis sit effectus hujus denuntiationis?

Quoad primum articulum dico, quòd nuntiatio novi operis propriè habet locum pro opere incepto vel præparato, non verò pro opere jam facto & consummato: text. est in leg. 1. §. 1. ff. de Novi oper. nuntiat. cujus verba sunt: Hoc autem edictum remediumque operis novi nuntiationis adversus futura opera inductum est, non adversus præterita: & ibi notat Bartol. & communiter DD. text. in cap. 1. eodem titul. & ibi notat Innocent. Hostiens. Joan. Andr. Abb. & communiter DD. text. in leg. de Pupillo. §. Nuntiationem. ff. de Novi oper. nuntiat. cujus verba sunt: Nuntiationem autem in re præsentem faciendam meminisse oportebit. leg. Eo loci ubi opus novum fiat sive quis ædificet, sive inchoet ædificare. Pro opere verò jam facto & consummato non competit istud remedium nuntiationis novi operis, sed competit interdictionem & remedium quod vi aut clam, quod est recuperanda: text. est in leg. 1. §. 1. ff. de Novi oper. nuntiat. ibi: Nam si quid operis factum fuerit, quod fieri non debuit, cessat edictum de oper. novi nuntiat. & erit transeundum ad interdictionem quod vi aut clam.

At adde quòd illud remedium, & titulus quod vi aut clam habet locum quando quis ædificavit, vel aliquod opus fecit, vel jussit facere in re mea, & illud ædificavit vel fecit clam, taliter quòd verisimiliter non potuit sibi denuntiari novum opus: si vero palam feci, & nulla opera vel industria adhibita ut sibi nuntiarì non possit, cessat illud remedium: text. est in leg. 1. ff. Quod vi aut clam, text. in leg. 3. §. fin. eod. titul. cujus verba sunt: Clam facere videri Cassius scribit eum qui celavit adversario, nec ei denuntiavit, si modo timuit ejus controversiam, aut de-

debut timere, ita tenet & declarat Bart. in leg. Competit. §. fin. ff. Quod vi aut clam, ita etiam tenet & declarat Specul. in tit. de Restit. spol. §. 1. vers. Caterum, n. 2. 1. Rosfred. in Rubr. de Interdicto quod vi aut clam. Angel. de Perus. in leg. 1. §. Quid sit. ff. Quod vi aut clam. Bart. in leg. Stat. ff. Quod met. caus. 1. column. n. 3. Anton. de Butr. in cap. Item cum quis de Restit. spol. 2. column. num. 15. Angel. de Aretin. in §. Quadrupli. Instit. de Actio. fin. column. in fin. Et adde, quòd similiter in isto casu competit interdictionem uti possidetis pro defensione possessionis, & ut res desinat à molestia, & in consequentiam destruat opus, sine cujus demolitione non videtur cessare à molestia: text. est expressus in leg. Si duo. §. Si vicinus. ff. Uti possidetis, cujus verba sunt: Si vicinus meus in pariete meo tectoria habeat, & in pariete suo, uti possidetis interdictionem mihi efficax est, ut ea tollere compellatur, bonus text. in leg. Vim facit. ff. de Vi, & vi armat. ibi: Aut quid ædificando, text. in leg. de Pupillo. §. Meminisse in fine. ff. de Novi ope. nunc. & tenet Gloss. ordinaria in leg. 1. ff. Quod vi aut clam, in verb. Restituere, & ibi Bart. Angel. & communiter DD. tenet etiam & declarat Paul. in leg. Prator ait, §. 1. num. 3. ff. de Novi operis nuntiatio. Et eo casu quo actor possidet, potest intentare unum vel aliud, & nulla in eis hoc casu datur differentia: si verò actor non possidet, sed tantum detinet, vel aliàs sua interest, datur interdictionem quod vi aut clam, ut infra dicetur; non verò uti possidetis. Alia etiam differentia ultra DD. est, quòd interdictionem quod vi aut clam competit infra annum à die perfecti operis, ut in leg. Semper. §. Hoc interdictionem, eodem titul. interdictionem verò uti possidetis, durat tantum anno pro interesse præterito: sed pro molestia & turbatione quæ semper instat, semper datur & competit; unde in nostro casu competeret pro destruendo ædificio.

21 Ex quibus resultat nova & subtilis difficultas: si quis ædificat in re mea, vel à me possessa, palam, & opus est jam consummatum: Quod remedium habeam? Et resolutivè dico, quòd tantum mihi competit & prodest interdictionem uti possidetis, si rem vel solum (ubi est factum ædificium) possideo; per quod defendar in possessionem, & declarabor possessor, & in consequentiam destruetur opus, sine quo non possum defendi à molestia: argumento text. in leg. de Pupillo. §. Meminisse. ff. de Oper. novi nuntiat. text. in leg. Si duo. §. Vicinus. ff. Uti possidetis, text. in leg. Vim facit, de vi, & vi armat. & argumento Gloss. singularis, juncta communi opinione, in leg. Clam possidere. §. Qui ad nundinas. ff. de Acquir. posses.

Et similiter habet locum interdictionem, quod vi aut clam, pro opere facto palam vel clam post denuntiationem novi operis, qualitercumque fuerit facta denuntiatio: text. est in leg. 1. §. Quid si vi factum, vers. 1. ff. Quod vi aut clam, cujus verba sunt: Sed si quis jactu vel minimi lapilli prohibitus facere perseveraverit, hunc quoque vim fecisse videri Padius & Pomponis scribunt, eoque jure utimur, & ibi notabiliter tenet & declarat Angel. de Perus. tenet etiam Rosfred. in dict. rubr. interdictionem quod vi aut clam in princ. Ex quo clarè deducitur, quòd in isto casu concurrat & competit interdictionem quod vi aut clam, & interdictionem novi oper. nunc. & ita expressè dicit text. in leg. Si alius. §. Ait Julianus. ff. Quod vi aut clam, ibi: Duobus interdictionibus tenebitur; uno quod de novi operis nuntiatione competit; altero quod vi aut clam, ad idem est text. in leg. Prator, ait. §. Nonnulli. ff. de Novi oper. nunc. & ibi Gloss. & communiter DD.

Sed attende, quòd meritò potest dubitari, quare isto casu competat interdictionem quod vi aut clam, cum propriè hoc casu competat interdictionem novi oper. nunc. maxime cum interdictionem novi oper. nunc. duret perpetuò, & sic per 30. annos; ut opus destruetur, ut in leg. Prator ait. §. Hoc interdictionem perpetuò datur. ff. de Oper. novi nunc. interdictionem verò quod vi aut clam tantum durat anno, ut in l. Semper. §. Hoc interdictionem. ff. Quod vi aut clam. In qua difficultate breviter respondeo dupliciter. Primo modo, quòd quando generalis dispositio & specialis emanant à diversis legibus; tunc bene possunt concurrere & unum non excludit aliud, ut in leg. Si legatarius. ff. de Dolo, & ibi Glos. finalis & communis opinio DD. Vel aliter & secundò, quòd licet ista remedia in quàm pluribus concurrant; tamen in aliquibus differant, & habent se tanquam excedentia, & excessa: nam primò differunt, quia interdictionem quod vi aut clam habet locum pro re communi: text. est in leg. Denique. §. Si ex sociis. ff. Quod vi aut clam. Interdictionem verò de oper. novi nuntiat. non: text. est & ibi communis opinio, in leg. In provinciali, vers. 1. & 2. ff. Novi oper. nuntiat. Secundò, quia interdictionem quod vi aut clam competit fructuario: text. est in leg. Is qui in puteum. §. fin. cum leg. seq. & sequent. ff. Quod vi aut clam. Interdictionem verò novi oper. nuntiat. non: text. est in leg. 1. §. fin. ff. Novi oper. nuntiationem. Tertio, interdictionem quod vi aut clam datur habenti rusticam servitutem: text. est in leg. Denique. §. Unde & apud Servium. ff. Quod vi aut clam. Interdictionem verò novi oper. nunc. non text. est in leg. Qui viam, infra eod. Quarto interdictionem quod vi aut clam datur colono, vel inquil-

lino: text. est in leg. *Is qui in puteum*. §. *Si postea quam*, versic. *Si tamen precario*. ff. *Quod vi aut clam*. Interdictum verò novi oper. nun. non text. est in leg. *In provinciali*. §. *Si ego*. ff. *Novi oper. nuntia*. Quas differentias ponit Rosfred. in dict. Rubr. de Interdict. quod vi aut clam. n. 10. Bartol. & DD. post Gloss. ibi, in leg. 1. §. 1. ff. *Novi oper. nunc.*

Item adde, quòd interdictum quod vi aut clam, nedum competit domino, sed possessori tantum, & etiam ei cujus interest ædificium non esse factum licet non possideat: text. est in leg. *Is qui in puteum*. §. *fin.* ff. *Quod vi aut clam*, text. est in leg. *Quamquam*, eodem tit. text. in leg. *Denique*. §. *Si ex sociis*, eodem tit. text. est in leg. *Competit: in princ.* eodem tit. cujus verba sunt: *Competit autem hoc interdictum etiam his qui non possident, si modo eorum interest*. Ex quo infertur, quòd competit etiam ei qui jam desit esse dominus & possessor: puta, venditori suæ rei, qui eam vendidit & tradidit; nam agit interdicto quod vi aut clam, saltem pro suo interesse, ratione operis facti: text. est in leg. *Is qui in puteum*. §. *Si postea quam*. ff. *Quod vi aut clam*, & ibi Gloss. & communiter DD. & illum textum bene declarat Rosfred. in dict. Rubric. de Interdict. quod vi aut clam, 7. colum. versic. *Illud notabile*. Item adde, quòd virtus & effectus interdicti quod vi aut clam, est, ut opus seu ædificium suis sumptibus demoliatur, & in interesse condemnetur: text. est in leg. 1. ff. *Quod vi aut clam*, text. in leg. *Semper*, §. *In hoc interdicto*, eodem tit. Ex quo tollitur difficultas quæ posset objici: nam si ædificium cedit solo meo, ut leg. *Adeo*. §. *Ex diverso*. ff. *de Acquir. rerum domin.* & in §. *Ex diverso*. ff. *de Rev. dif. cum simil.* cujus effectus fuit interdictum quod vi aut clam? Quia respondeo, quòd fortè domino nocet ædificium, & non vult illud habere vel retinere, sed vult quòd destruat sumptibus facientis vel ædificantis; vel fortè non est dominus fundi, sed detentator, & sibi nocet: & in terminis ita tenet & declarat Rosfred. in dict. Rubr. de Interd. quod vi aut clam, 6. column. versic. *Item non videtur*.

23 Quoad secundum articulum scilicet, quæ personæ possint nuntiare? resolutivè dico, quòd omnis illa persona, cujus interest ædificium illud non fieri ratione domini, vel quasi domini, vel possessionis, vel juris servitutis urbanae, vel pignoris quod habet in re in qua ædificatur, potest nuntiare novum opus: text. est in leg. 1. §. *penult.* ff. *de Oper. novi nunt.* cujus verba sunt: *Juris nostri conservandi aut damni depellendi causa opus novum nuntiare potest is ad quem ea res pertinet*, & ibi communiter DD.

Ex quo primò infero, quòd ille qui præterdit se dominum illius rei in qua ædificium fit, potest nuntiare: text. est in dict. leg. 1. §. *penult.* ff. *de Novi oper. nunc.* & ibi Gloss. ordinaria Bartol. & communiter DD. text. in leg. 1. vers. *Jus is habet*. ff. *de Remissionibus*, cujus verba sunt: *Jus is habet novum opus nuntiandi, qui aut dominium aut servitutem habet*. Secundò potest nuntiare ille, qui habet quasi dominium, quia possidet rem cum titulo & bona fide: text. est in dict. leg. 1. §. *penult.* ff. *Novi oper. nunc.* & ibi Gloss. & communis opinio; probat etiam text. in leg. *Eum qui*, §. 1. versic. *Publiciana*. ff. *de Public.* text. in leg. *Quacumque*, eod. tit. Tertio potest nuntiare ille, qui tantum nudam & simplicem possessionem habet, licet sine titulo, argumento text. in leg. *Vim facit*; ff. *de Vi*, & *vi armat.* ibi: *Aut quid ædificando sive quid omnino faciendo per quod liberam possessionem adversarii non reliquit* text. est in leg. 1. & *per totum*. ff. *Quod vi aut clam*. Quarto potest nuntiare ille, qui habet utile dominium, ut superficiarius, emphiteuta, & similis persona: text. est in leg. *Provinciali*. §. *Si ego*. ff. *de Novi oper. nun.* & facit text. cum materia, in leg. 1. ff. *de Superficiebus*: text. in leg. *fin.* Cod. *de Jure emphy.* Quintò potest nuntiare ille, qui habet jus pignoris in re in qua fit ædificium: text. est in leg. *Creditori*. ff. *de Novi oper. nun.* & ibi communiter DD.

24 Sextò potest nuntiare ille, qui habet servitutem urbanam in illa re in qua fit ædificium: text. est in leg. *de Pupillo*. §. 6. versic. *Impositionem*. ff. *de Novi oper. nuntiat.* & ibi Gloss. & communiter DD. text. in leg. *Inter servitutes*, versic. *Si servitus*. ff. *de Servi. urban. prad.* & ibi Gloss. & communiter DD. text. in leg. *Et si fortè*. §. *Sciendum*, & §. *fin.* ff. *Si servit. vend.* text. in leg. 1. §. *Jus is habet*. ff. *de Remissionibus*, text. in leg. *Judicio*. ff. *Famil. herc.* Ille verò qui habet servitutem rusticam non potest nuntiare, licet possit agere *confessoria*, ut servitus sibi præstetur, & condemnetur in interesse & damno: text. est in leg. *Qui viam*. ff. *de Novi oper. nun.* cujus verba sunt: *Qui viam habet, si opus novum nuntiaverit adversus eum qui in via ædificat, nihil agit: sed servitutem vindicare non prohibetur*, & ibi Gloss. ordinaria & communiter DD. & idem disponit *lex 5. titul. fin. part. 3.* Sed attende, quòd dubium maximum & necessarium est, ratione diversitatis assignare: Unde Gloss. in dict. leg. *Qui viam* dicit, quòd ille qui habet rusticam servitutem, non potest nuntiare quia hoc inductum est favore agrorum in quibus ædificium fit; quia prædia rustica debent esse magis libera quàm urbana, favore agricul-

turæ: & illam rationem sequitur Bartol. & alii DD. in dict. leg. 1. §. *fin.* ff. *de Novi oper. nun.* Sed ista ratio non videtur concludere: quia procederet tantum, quando gratia colligendorum fructuum fieret aliquod ædificium; quia aliàs illud ædificium magis noceret fructibus. Unde Paul. de Castr. in dict. leg. 1. §. *fin.* ponit aliam rationem, scilicet, quòd ille qui habet servitutem urbanam, vel etiam rusticam, potest nuntiare quando ex ea principaliter, directè; & immediatè fundus cui debetur servitus consequitur utilitatem; ut est videre in servitute *luminis*, quæ est urbana, vel in servitute *aqua ductus*, quæ est rustica, ex qua fundus dominans efficitur fertilior & utilior: sed non ille qui habet rusticam servitutem, ex qua fundus dominans non sentit utilitatem immediatè, principaliter, & directè, ut est videre in eo qui habet servitutem *itineris*, *via*, *actus*, vel aliam, ex qua fundus dominans non consequitur utilitatem directè & immediatè, sed mediante usu, facto & exercitio ejus cui debetur, quia potest per fundum servientem transire, ex quo facto resultat utilitas prædiorum dominantium. Bartol. verò solvit alio modo & dicit, quòd indistinctè qui habet servitutem urbanam & rusticam potest nuntiare: Nec obstat text. in dict. leg. *Qui viam*. Quia debet intelligi, quando dominus vel alius ædificat in prædio vel fundo serviente, reficiendo & præparando, non verò faciendo de novo. Sed ista solutio communis reprobatur, & prima tenetur tanquam communis. Vel aliter cogitavi quòd sit tertia ratio, quòd indistinctè ille qui habet servitutem urbanam vel rusticam possit nuntiare, quando talis servitus rustica est imposita & determinata in certo loco & parte fundi servientis: nam tunc, si in illa parte fit ædificium, posset denuntiari; quia magis afficit rem: secus verò si certus locus fundi non sit determinatus pro servitute, sed simpliciter sit in toto fundo; quia tunc, licet in aliqua parte fundi fiat ædificium, non potest nuntiare, quia per alium locum posset dominus fundi dominantis pertransire: & ita posset novitè intelligi text. in dict. leg. *Qui viam*, & in terminis ita reperio quòd tenet & declarat solus Roman. in leg. 1. §. *fin.* ff. *col. in fin.* ff. *de Oper. novi nunc.* Confirmatur: quia licet servitus realis rustica de rigore debeat in toto fundo, & sit tota in toto, & tota in qualibet parte fundi; tamen, modò conventum sit inter partes, modò non, debet eligi certus & determinatus locus & pars fundi, per quam quis utatur servitute, & aliæ partes remanent liberæ: text. est in leg. *fin.* *Si certo genere*. §. *Si totus*. ff. *de Serv. rust. pradior.* text. in leg. *Si cui simpliciter via*. ff. *de Serv. tit. gener.* & ibi

communiter DD. Item etiam confirmatur: quia magis afficit hypotheca specialis vel particularis, quàm generalis: text. est sing. & unicus in leg. 2. Cod. *de Pignor.* ubi disponitur, quòd si quis obligavit primo creditori bona sua generaliter, & certam rem particularem, & alienavit unam ex rebus generaliter obligatis, creditor cogitur prius agere ad rem specialiter obligatam, antequam agat contra tertium possessorem: & ad hoc reputat singularem & unicum Bald. & alii DD. ibi: licet hodie de jure novo Authenticorum indistinctè creditor tenetur agere contra debitorem principalem, antequam veniat ad tertium possessorem pignoris, modò apud debitorem sit hypotheca, modò non, ut in *Authent. hoc si debitor*, Cod. *de Pignor.*

25 Ille verò qui habet usumfructum in re in qua fit ædificium, non potest nuntiare nomine proprio, & sic ex persona sua; sed procuratorio nomine ex persona domini, & sic proprietarii, bene potest: sed per confessoriam potest petere & vindicare jus ususfructus à quocumque ædificante, vel impediante: text. est in leg. 1. §. *fin.* ff. *de Novi oper. nunc.* cujus verba sunt: *Usufructuarius autem opus novum suo nomine nuntiare non potest, sed procuratorio nomine nuntiare poterit, vel vindicare usumfructum ab eo qui novum opus faciat, &c.* Sed necessariò dubium est, videre, quæ sit ratio hujus decisionis; cum regula sit in hac materia, quòd omnis ille qui præterdit interesse, potest nuntiationem novi operis facere, ut supra conclusum est? maximè, cum usufructuarius censeatur quasi dominus ipsius rei, ut in l. 4. ff. *de Usufr.* text. in l. *Si postulerit*. §. *de Eo quoque*. ff. *de Adult.* text. in leg. *Prætoris officium*, §. *fin.* ff. *de Dam. infect.* text. in leg. *Eorum*, & in leg. *Inter usufructuarium eod. titul.* maximè etiam, quia ille qui habet servitutem potest novum opus nuntiare, ut supra dictum est; unde à fortiori usufructuarius deberet nuntiare. Sed respondeo, quòd ratio est: quia usufructuarius, licet dicatur habere jus in re, tamen reputatur esse debile & non perpetuum, quia morte usufructuarii, & aliis modis extinguere potest, ut in leg. *Corruptionem*, Cod. *de Usufruct.* & in leg. 3. §. *fin.* ff. *Quibus mod. usufruct. amitt.* & in §. *Finitur*, *Institut. de usufruct.* unde, cum habeat jus ita debile & non perpetuum, quod de facili amittitur, non potest suo nomine nuntiare, sed procuratorio nomine, hoc est, ex persona proprietarii; quia eo ipso quòd datur sibi usufructus in re, videtur factus procurator in ea, & potest, imò tenetur facere ea quæ concernunt curam & utilitatem ipsius rei: textus est singularis & unicus in leg. 1. §. *fin.* cum leg. sequent. ff. *de Usufr. quemadmodum*